



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

7. S. Raymundus de Pennafort.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

VII. Januarii. S. Raymundi de Pennafort. 171

Officium de dulcissimo Corde Jesu persol-  
vamus. O munus Deo, & cœlo gratis-  
simum.

Festum S. Raymundi de Penna-  
fort Redemptoris Captivorum.

EXHORTATIUNCULA I.

Cum lacte pietatem & amorem Dei,  
ac Mariæ hausit, haustumque tori  
mundo communicavit, doctrinâ, & san-  
ctitate vir celeberrimus. Fili ! quando  
seriò inchoabimus in Dei, & Mariæ ob-  
sequiis ætas transit ; evanescunt tem-  
pora : Quid sic remanebit in sacculis no-  
stris pro æternitate ? non terreat virtus !  
omnis enim difficultas potissimum in  
nobis est. Plura terrent, quam premant.  
Non simus miseri ante tempus.

Instructio meritoria.

Misereamur igitur animæ, & ne nuda  
compareat in Dei judicio, quotidie uno  
vestiamus Rosariô, & si cum discrecio-  
ne liceat, jejuniô sabbathinô etiam in  
annos multos continuandô, haud ignari,  
quid nobis Bernardus : *Omnibus debi-  
tricem se pia facit Virgo, omnibus miseri-*

H 2                    cordiae

172 VII. Januarii. S. Raymundi de Pennafort.  
cordie sinum aperit, plenitudinem ejus  
accipiunt universi. Quantò abundan-  
tiùs Zelosi Mariophili!

II.

**M**onetur à Maria, ut pro Redemptio-  
ne Captivorum institueret Reli-  
gionem sub Titulo Beatissimæ Virginis  
de mercede. Obediit filius Matri; Or-  
dinem erigit ô quanto cum affictorum  
solatio, & lucro!

*Instructio meritoria.*

Veneremur S. Ordinem à charitate,  
& misericordiâ inclytum, & ut viros  
semper pariat Ecclesiæ ergâ quoscunque  
sive corpore, sive animâ miseros com-  
miseratione insignes, merita hodiernæ  
diei pro illius incremento offeramus.  
Faciet S. Raymundus, ut & nos omnia  
fiamus. O Ucinam! Inhæreat cordi-  
bus nostris Hilarii Arelat. tessera: Tam  
pretioso munere nostra peragitur Redem-  
ptio, ut homo Deum valere videatur.

III.

**F**illi! grande est prodigium, quod  
Deus operatus est in hoc suo dilecto  
famulo. Nam 160. millaria palliō su-  
per



per aquas stratō confecit, & suum cœnobium januī clausī intravit. Vir in spiritu etiam ab ipsis honoratur elementis.

*Inſtructio meritoria.*

Transeundæ & nobis multæ aquæ tribulationis, & contradictionis. Ne corpus nos mergat, unum, vel alterum cibum ex delicioribus huic subtrahere generosè statuamus, adhibitô desuper examine particulari de temperantia, & sobrietate. Quas virtutes ut obtineamus, pro defunctis animabus ante refactionem 5. Pater & Ave cum de Profundis recitemus. Summum imperium est, posse temperare gulæ.

Festum S. Laurentii Justiniani

Venetiarum Patriarchæ.

EXHORTATIUNCULA I.

**E** Minuit scientiis, & doctrinæ donis; at nihil hæc omnia duxit Laurentii humilitas continuò sibi dicens: *Deus est omnia; homo verò, & quæ hominis sunt, nihil.* Fili! quid nos ad hanc doctrinam? sapiamus cum S. Laurentio, & soli studeamus, nōsque totos impendamus

H 3 Deo.